1805

Methodus generalior numeros quosvis satis grandes perscrutandi utrum sint primi necne?

Leonhard Euler

28 | 282, 284, 286, 287
29 | 290, 292, 293, 295, 296, 298

His igitur numeris exclusis reliqui omnes loco a scripti in formula $32aa + 1$ producunt numeros primos. Hos igitur valores ipsius a sequens exhibet tabula:

1, 2, 3, 5, 6, 7, 9, 10, 12, 13, 15, 16, 17, 18,
20, 22, 24, 26, 27, 28, 29, 31, 35, 36, 37, 38,
44, 45, 46, 48, 49, 50, 51, 53, 57, 62, 67, 71,
72, 73, 74, 76, 79, 81, 82, 86, 87, 94, 95, 99, 100,
104, 106, 107, 112, 113, 115, 117, 118, 219, 121,
124, 126, 127, 136, 138, 142, 144, 149, 150, 151,
152, 153, 155, 157, 158, 159, 165, 167, 170, 172,
173, 175, 176, 177, 180, 181, 182, 188, 189, 192,
196, 197, 200, 201, 204, 205, 210, 213, 215, 219,
226, 227, 228, 229, 230, 238, 248, 249, 250, 251,
254, 255, 258, 259, 261, 262, 264, 267, 269, 270,
273, 275, 277, 279, 280, 281, 283, 285, 288, 289,
291, 294, 297, 299.

horum numerorum ultimi fere ad 20 milliones exsurgunt.

ME-

METHODUS GENERALIOR NUMEROS QUOSVIS SATIS GRANDES PERSCRUTANDI UTRUM SINT PRIMI NEC NE?

AUCTORE

L. EULERO.

Conventui exhibita die 16 Martii 1778.

§. 1.

Sit N numerus propositus, et non difficile erit eum reducere ad hujusmodi formam: $N = aa + \lambda bb$; tum vero inquiratur, utrum adhuc alio modo ad similem formam reduci queat. Si enim quoque fuerit $N = xx + \lambda yy$, ita ut sit $aa + \lambda bb = xx + \lambda yy$, tum certe numerus N non erit primus, sed ejus factores hoc modo assignari poterunt. Quoniam hinc est $aa - xx = \lambda(yy - bb)$, erit $\frac{a+x}{y+b} = \lambda \cdot \frac{y-b}{a-x}$, quae fractiones ad minimos terminos reducti sint $\lambda \cdot \frac{p}{q}$. Ponatur igitur $a + x = \lambda mp$ et $y - b = np$, erit $y + b = mq$ et $a - x = nq$, et hinc reperietur $a = \frac{\lambda mp + nq}{2}$ et $b = \frac{mq - np}{2}$, ex quibus valoribus, erit $N = \frac{1}{4}(\lambda mm + nn)(\lambda pp + qq)$; unde patet, formulam $\lambda pp + qq$ vel ipsam, vel ejus semissem, vel quadrantem esse factorem numeri propositi N.

§. 2. Quando autem ad talem formam $N = aa + \lambda bb$ pervenimus, tum statuamus $N = xx + \lambda yy$, ubi statim facile patebit, utrum hi numeri x et y sint pares, an vero impares, quo reperto statuatur vel $N - xx = \lambda yy$, vel $N - \lambda yy = xx$; ac priori quidem casu numerus x ita accipi

 debet

debet, ut $N - xx$ dividi queat per numerum λ. Hoc modo ad novas formulas pervenietur, quae quadrata fieri debent, in quibus inerit numerus incognitus, qui, prout fuerit acceptus vel par vel impar, ad casus perducet seorsim evolvendos. Omnes autem istae operationes facilius exemplis docebuntur.

Exemplum.

10003 §. 3. Sit numerus examinandus $N = 10003 = 100^2 + 3 \cdot 1^2$, ubi ergo $\lambda = 3$. Statuatur $N = xx + 3yy$, et quia horum numerorum x et y alter necessario est par, alter impar, videamus ante omnia uter eorum sit par, uter impar. Quoniam autem N est numerus formae $8n + 3$, si y esset par, foret $3yy$ numerus vel formae $8n + 4$, vel formae $8n + 0$; at tum foret xx formae $8n + 5$, vel $8n + 1$, quorum neutra hic locum habere potest. Sumi ergo debebit x par, eritque xx vel formae $8n + 0$, vel formae $8n + 4$; et quia tum y est impar, erit $3yy$ formae $8n + 3$, ideoque xx formae $8n + 0$ et x numerus pariter par.

§. 4. Quod si ergo statuamus $N - 3yy = xx$, istum numerum divisibilem esse oportet per 16; unde si ponamus $y = 1 + 2a$, haec aequatio dabit $10000 - 12a - 12aa = xx$, quae per 4 divisa abit in $2500 - 3a - 3aa = \frac{xx}{4}$. Unde patet numerum a denuo per 4 divisibilem esse debere, vel potius statim poni potuisset $y = 1 + 8a$, unde prodiisset aequatio $625 - 3a - 12aa = \frac{xx}{16} = \square$.

§. 5. Nunc jam duos distinguamus casus, prouti numerus a capiatur vel par vel impar. Sit igitur primo a numerus par, et quia numerus absolutus 625 jam habet formam $8n + 1$ et $12aa$ formam $8n$: necesse est ut etiam $3a$ divisio-

divisionem per 8 admittat. Hinc statim ponatur $a = 8$ fietque $625 - 24b - 12 \cdot 64bb = \square$. Quia igitur a nu mero absoluto 625 subtrahi debet forma $768bb \pm 24b$, pa tet valorem minimum $b = 1$ jam esse nimis magnum hincque nullum oriri posse quadratum. Ex valore quiden $b = 0$ prodiret quadratum, sed ad casum cognitum pertinens

§. 6. Consideremus igitur casum, quo a est numeru impar, cujus forma cum sit duplex, vel $4n + 1$, vel $4n - 1$ statuatur primo $a = 4c + 1$, eritque $610 - 108c - 192cc = \square$ qui numerus, cum sit impariter par, quadratum esse nequit

§. 7. Tantum igitur examinandus superest casus que $a = 4d - 1$, qui praebet hanc aequationem: $616 + 84d - 192dd = \square$, quae per 4 divisa in hanc abit $154 + 21d - 48dd = \frac{xx}{64} = \square$. A numero igitur absolutc 154 subtrahi debent numeri minores in forma $48dd \pm 21d$ contenti, qui sunt 27, 69, 150, quorum ultimus subtractus relinquit quadratum 4, ex valore $d = +2$ desumto. Hinc igitur erit $a = 7$, $y = 57$ et $x = 16$.

§. 8. Nacti ergo sumus aliam insuper resolutionem numeri $N = 10003$, cognitae similem, quae est $10003 = 16^2 + 3 \cdot 57^2$. Quare cum jam habeamus $\lambda = 3$, $a = 100$, $b = 1$, $x = 16$ et $y = 57$, hinc ex §. 1. erit $\frac{3p}{q} = \frac{116}{58} = 3 \cdot \frac{56}{84} = 3 \cdot \frac{2}{3}$ ideoque $p = 2$ et $q = 3$, consequenter $3pp + qq = 21$, quod per 3 depressum dat 7, qui numerus revera est divisor numeri propositi 10003, quoto existente $= 1429$, numero primo.

§. 9. Hoc exemplum innititur formula $3xx + yy$, de qua satis rigide jam est demonstratum omnes numeros, qui unico modo in ea continentur, certe esse primos; quae proprietas

prietas absolute necessaria est ad omnes numeros primos hac ratione explorandos. Nisi enim formula $\alpha xx + \beta yy$ hac proprietate gaudeat, de numeris, qui unico modo in ea continerentur, tuto pronunciari non posset, eos esse primos; veluti casu $\alpha = 11$, quo in formula $11xx + yy$ numerus 15 unico tantum modo continetur, etiamsi certe non sit primus.

§. 10. Quin etiam haec formula generaliori modo ita exhiberi potest: $\alpha xx + \beta yy$, de qua itidem est demonstratum, omnes numeros, qui duplici modo in ea continentur, non esse primos, sed compositos, quorum adeo factores facile assignari poterunt. Si enim duplici modo fuerit $N = \alpha aa + \beta bb$, tum vero etiam $N = \alpha AA + \beta BB$, hinc formetur fractio $\frac{p}{q} = \frac{a \pm A}{b \pm B}$, tum semper formula $\alpha pp + \beta qq$ praebebit factorem numeri N, postquam scilicet per minores divisores α, β, 2, si quos admittit, fuerit depressa.

§. 11. Contra vero, si quispiam numerus N unico tantum modo in formula $\alpha xx + \beta yy$ contineatur, inde non semper concludi potest, hunc numerum esse primum, siquidem innumerabiles exhiberi possunt hujusmodi formulae, in quibus etiam numeri compositi semel tantum continentur, cujus rei exemplum jam supra attulimus. Hanc ob circumstantiam maxime necessarium est, formulas hujus posterioris indolis a prioribus distinguere atque a praesenti negotio prorsus excludere. Demonstravi autem alio loco regulam, cujus ope formae posterioris indolis dignosci atque adeo e medio tolli poterunt. Regula autem ista ita se habet:

§. 12. Proposita formula $\alpha xx + \beta yy$, de qua quaeritur, utrum in ea numeri compositi unico tantum modo contineri queant nec ne, consideretur haec formula $\alpha\beta + zz$, ubi ipsi z om-

nes successive tribuantur valores ad productum $\alpha\beta$ primi, sive ii ipsius z valores excludantur, qui cum hoc producto communem habent divisorem; tum vero sufficit hos numeros ex formula $\alpha\beta + zz$ resultantes tantum usque ad terminum $4\alpha\beta$ continuare. Quod si enim omnes hi numeri fuerint primi, formula $\alpha xx + \beta yy$ tuto in nostro negotio usurpari poterit; sin autem unicus inter eos fuerit numerus compositus, tum haec formula penitus erit rejicienda. In hoc autem judicio probe est tenendum, numeros quadratos instar primorum esse spectandos, pariter ac dupla primorum, et potestates binarii, quae circumstantia summi in dijudicatione nostra est momenti.

§. 13. Illustremus hanc regulam aliquibus exemplis; ac primo quidem proposita sit haec forma: $7xx + 2yy$, unde consideretur haec expressio: $14 + zz$, ubi ipsi z successive tribuantur valores ad 14 primi 1, 3, 5, unde resultant numeri 15, 23, 39, quorum primus cum jam sit compositus, pariter ac tertius, formulam propositam tanquam ineptam excludi oportet perinde atque hanc ad idem judicium deducentem: $14xx + yy$.

§. 14. Proposita formula $30xx + yy$, in forma $30 + zz$ ipsi z tribuantur valores impares ad 30 primi, qui sunt 1 et 7, unde oriuntur numeri 31 et 79, qui cum ambo sint primi, haec formula in praesenti negotio tuto adhiberi poterit, nec non sequentes hinc oriundae: $15xx + 2yy$, $6xx + 5yy$, $10xx + 3yy$.

§. 15. Proposita sit formula $120xx + yy$; ubi in forma $120 + zz$ ipsi z tribui debent hi valores impares ad 120 primi: 1, 7, 11, 13, 17; numerus enim 19 praeberet numerum

merum, quadruplum producti $\alpha\beta = 120$ superantem. Inde autem colliguntur numeri sequentes: 121, 169, 241, 289, 409, qui cum sint vel primi vel quadrati, hinc concludimus formulam propositam, perinde ac sequentes inde desumtas, scilicet: $40xx + 3yy$; $24xx + 5yy$; $15xx + 8yy$, tanquam idoneas spectari debere et in examine tuto admitti posse.

§. 16. Sit proposita formula $7xx + 5yy$ et in hac expressione $35 + zz$ valores ipsi z tribuendi erunt: 1, 2, 3, 4, 6, 8, 9, qui praebent hos numeros: 36, 39, 44, 51, 71, 99, 116, ubi cum adeo sex sint compositi, hanc formam omnino excludi oportet.

§. 17. Habeatur formula $15xx + 7yy$ et in expressione $105 + zz$ ipsi z tribuendi erunt hi valores ad 105 primi: 1, 2, 4, 8, 11, 13, 16, 17, qui praebent hos numeros, omnes pro primis habendos: 106, 109, 121, 169, 226, 274, 361, 394 unde sequentes formulae in classem idoneorum sunt ponendae: $105xx + yy$; $35xx + 3yy$; $21xx + 5yy$; $15xx + 7yy$.

§. 18. Addamus his exemplis examen formulae $57xx + yy$: et numeri loco z successive scribendi, scilicet 1, 2, 4, 5, 7, 8, 10, 11, 13 hos praebent valores formae $57 + zz$ notatu dignos: 58, 61, 73, 82, 106, 121, 157, 178, 226, qui omnes sunt vel primi, vel quadrati vel dupli primorum, ita ut formula proposita certe sit inter idoneos referenda.

§. 19. Haec sufficient ad insignem simulque facillimum usum nostrae regulae illustrandum, cujus ope casus idoneos formulae $\alpha xx + \beta yy$ ab ineptis discernere valemus; qua igitur regula stabilita, illos casus optimo cum successu adhibere poterimus ad numeros quosvis in talibus formulis contentos, utrum sint

sint primi nec ne, perscrutandos. Proposito scilicet numero quocunque N facile erit illum pluribus modis ad talem formam $\alpha xx + \beta yy$ reducere, quo facto talis eligatur casus, qui per regulam supra datam non excludatur, ac dispiciatur, utrum ille numerus N unico tantum modo, an vero pluribus, in hac forma contineatur: Priore enim casu certe erit primus, posteriori vero compositus, cujus factores ope methodi supra traditae facile assignare licebit.

Exemplum I.

§. 20. Proponatur numerus $N = 100003$, qui mani- N=100003
festo in forma $10xx + 3yy$ continetur, existente $x = 100$ et $y = 1$. Videamus ergo, an iste numerus adhuc alio modo in eadem forma contineatur. Hunc in finem ponamus $100003 - 3yy = 10xx$, atque ut divisio per 10 succedat, ponatur $y = 1 + 10z$, hincque orietur $10000 - 6z - 30zz = xx$, sive facta adhuc divisione per 4 erit $2500 - \frac{3}{2}z - \frac{15}{2}zz = \frac{xx}{4}$. Hinc igitur, prouti z fuerit vel par vel impar, formemus duos casus principales. Pro primo scilicet sit $z = 2a$, orietur aequatio $A = 2500 - 3a - 30aa = \frac{xx}{4}$. Pro altero casu sit $z = 2b - 1$, orietur ista: $B = 2494 + 27b - 30bb = \frac{xx}{4}$.

Evolutio formulae

$$A = 2500 - 3a - 30aa = \tfrac{1}{4}xx.$$

§. 21. Hic statim patet, sumto $a = 0$ prodire quadratum, praebens casum cognitum $x = 100$ et $y = 1$. Jam iterum duos casus distinxisse conveniet, quibus a est numerus vel par vel impar: ac priori quidem evidens est pro a sumi debere numerum pariter parem. Sit ergo primo mo $a = 4c$, et facta divisione per 4 oritur haec aequatio: $C = 625 - 3c - 120cc = \frac{1}{16}xx$. Hic igitur, quia c tam positive quam negative sumi poterit, numeri a 625 successive subtrahendi ordine erunt sequentes in forma $120cc + 3c$ contenti: 117, 123, 474, 486, unde autem nullum plane quadratum resultat.

§. 22. Tribuamus nunc ipsi a valorem imparem, qui sit $a = 4d + 1$, et facile est videre, solum signum inferius valere posse. Fiat igitur $a = 4d - 1$, et aequatio per 4 divisa evadet $D = 2473 + 228d - 480dd$. Hinc igitur a numero absoluto 2473 successive subtrahi debent numeri sequentes in forma $480dd \mp 228d$ contenti, scil. 252, 708, 1464, 2376, unde iterum nullum quadratum resultat.

Evolutio Formulae.

$$B = 2494 + 27b - 30bb = \frac{xx}{4}.$$

§. 23. Hic statim patet, si pro b capiatur numerus par, eum impariter parem esse debere. Sit igitur $b = 4e + 2$, et facta divisione per 4 aequatio hinc resultans erit $B = 627 - 93e - 120ee = \frac{xx}{16}$. A numero ergo absoluto 627 subtrahi debent sequentes in forma $120ee + 93e$ contenti, qui sunt 27, 213, 294; ubi autem nullum quadratum occurrit.

§. 24. Denique pro b numeros impares tentemus. Facile autem patet, poni debere $b = 4f - 1$, ita tamen, ut numerus f sit impar, qui ergo ponatur $= 2g + 1$, eritque $b = 8g + 3$, unde oritur haec aequatio: $2305 - 1224g - 1920gg = \frac{xx}{4}$. Hic ergo unicus numerus 696 ab absoluto 2305 subtrahendus occurrit, unde autem numerus non-quadratus relinquitur.

Quo-

Quoniam igitur ex toto hoc calculo nullus numerus quadratus prodiit, jam certo pronunciare possumus numerum propositum 100003 esse primum.

Brevior Methodus
in hunc numerum inquirendi.

§. 25. Quoniam ante habuimus $100003 = 10 . 100^2 + 3 . 1^2$, etiam statuere poterimus $100003 = 40 . 50^2 + 3 . 1^2$, ita ut sit $\alpha = 40$ et $\beta = 3$, qui casus, uti supra vidimus, admittitur. Hanc ob rem statuamus $100003 - 3yy = 40xx$, fiatque $y = 1 + 20z$, et facta divisione per 40 statim pervenimus ad hanc aequationem: $2500 - 3z - 30zz = xx$; ubi duo casus considerandi occurrunt, prouti z fuerit numerus par vel numerus impar, quorum utrumque seorsim evolvamus.

§. 26. Pro priore casu evidens est pro z sumi debere numerum pariter parem. Sit ergo $z = 4a$, et facta divisione per 4 oritur haec aequatio: $625 - 3a - 120aa = \frac{xx}{4}$. Hic ergo a numero absoluto 625 sequentes ex forma $120aa + 3a$ desumti sunt subtrahendi: 117, 123, 474, 486. Hinc autem nullum occurrit quadratum, praeter casum $a = 0$, qui per se jam est notus.

§. 27. Superest ut pro z numerum imparem scribamus, qui sit $z = 2b - 1$, fietque aequatio $2473 + 114b - 120bb = xx$, qui numerus cum sit impar, ideoque debeat esse formae $8n + 1$, evidens est sumi debere $b = 4c$, unde prodit haec aequatio: $2473 + 456c - 1920 . cc = xx = \square$. Sumto igitur $c = \pm 1$ numeri a 2473 subtrahendi erunt 1464 et 2376, quorum neuter quadratum relinquit. Hinc eadem, quam supra, conclusio: numerum 100003 certo esse primum. Ex

C 2 poste-

posteriori autem hujus numeri examine intelligere licet, in genere eo majus lucrum exspectari posse, quo majores numeros pro α et β accipere liceat.

Exemplum 2.

N = 1000003 §. 28. Propositus sit numerus $N = 1000003$, qui manifesto continetur in formula: $3 \cdot 1^2 + 1 \cdot 1000$. Quoniam autem, uti modo monuimus, expedit pro α et β numeros majores adhibere, idem quoque numerus facile repertus est contineri in forma $3 \cdot 577^2 - 19 \cdot 8^2$, ita ut sit $\alpha = 3$ et $\beta = 19$, ideoque $\alpha\beta = 57$, qui numerus, uti commode evenit, inter idoneos jam supra est relatus. Hanc ob rem statuamus $1000003 - 3xx = 19yy$ atque ipsi x talis valor tribui debet, ut formula haec divisionem per numerum 19 admittat. Quare cum in casu cognito sit $x = 577 = 30 \cdot 19 + 7$, ponamus hic $x = 7 + 19z$, et facta divisione per 19 orietur haec aequatio: $52624 - 42z - 57zz = yy$. Ubi statim duo casus considerandi occurrunt prouti z fuerit numerus par vel impar. Pro priori casu statuatur $z = 2a$, et aequatio per 4 divisa ita se habebit: $13156 - 21a - 57aa = \frac{yy}{4}$, quam vocemus $= A$. Pro altero casu ponatur $z = 4b - 1$, quoniam facile est videre, valorem $z = 4b + 1$ penitus excludi. Hinc ergo orietur haec altera aequatio principalis:

$$B = 52609 + 288b - 912bb = yy.$$

Has igitur duas aequationes A et B, principales, seorsim ulterius evolvamus.

Evolutio Formulae

$$A = 13156 - 21a - 57aa = \frac{yy}{4}.$$

§. 29. Hic subdivisio in duos alios casus institui debet, quorum quisque iterum seorsim evolvatur. Sit primo a numerus par, et quidem $a = 4c$, qui valor, in aequatione A substitutus, producit sequentem aequationem, postquam scilicet divisio per 4 fuerit facta: $C = 3289 - 21c - 228cc = \frac{yy}{16}$. Hic ergo a numero absoluto 3289 successive subtrahi debent numeri in forma $228cc \mp 21c$ contenti, qui sunt:

si c numerus negativus: 267, 870, 1989

si c numerus positivus: 249, 954, 2115

unde autem nullum quadratum resultat.

§. 30. Sumamus ergo pro a numerum imparem, qui manifesto debet esse formae $4d - 1$. Facta igitur substitutione $a = 4d - 1$, simulque divisione per 4, orietur haec aequatio: $D = 3280 + 93d - 228dd$. Hinc numeri formae $228dd \pm 93d$ a numero absoluto 3280 successive subtrahendi erunt

si d numerus negativus: 135, 726, 1773, 3276

si d numerus positivus: 321, 1098, 2331

quorum quartus prioris seriei dat quadratum 4 ex casu $d = -4$, unde fit $y = 8$, qui casus jam est cognitus, praeter quem hic nullum amplius quadratum occurrit.

Evolutio Formulae

$$B = 52609 + 288b - 912bb = yy.$$

§. 31. Hic ergo a numero absoluto 52609 successive subtrahantur numeri in formula $912bb \mp 288b$ contenti, quos hic in gemina columna, una cum eorum differentiis, tam pro valoribus ipsius b positivis quam negativis repraesentemus:

b	$912bb - 288b$	Diff.	b	$912bb + 288b$	Diff.
0	0	624	0	0	1200
1	624	2448	1	1200	3024
2	3072	4272	2	4224	4848
3	7344		3	9072	

ubi differentiae iterum manifesto augmento constanti 260 crescunt ...

ubi differentiae, quas a quadrato aa continuo subtrahi oporteret ...

§. 32. Jam vero loco succesivae subtractionis numerorum in forma $912bb \pm 2886$ contentorum differentiae eorum augmento constanti 1824 crescentes continuo subtrahi poterunt, quos in subsidium calculi hic subjungamus

624 - - - - - - - -	1200
2448 - - - - - - - -	3024
4272 - - - - - - - -	4848
6096 - - - - - - - -	6672
7920 - - - - - - - -	8496
9744 - - - - - - - -	10320
11568 - - - - - - - -	12144.

§. 33. Nunc igitur hi numeri a numero absoluto 52609 continuo subtrahantur, ac dispiciatur, an usquam numerus quadratus relinquatur, quem calculum commode in duabus columnis hoc modo repraesentare licet:

52609 - - - - - - - - - -	52609
624	1200
51985 - - - - - - - - - -	51409
2448	3024
49537 - - - - - - - - - -	48385
4272	4848
45265 - - - - - - - - - -	43537
6096	6672
39169 - - - - - - - - - -	36865
7920	8496
31249 - - - - - - - - - -	28369
9744	10320
21505 - - - - - - - - - -	18049
11568	12144
9937 - - - - - - - - - -	5905

ubi

ubi nullum plane quadratum occurrit, pariter ac in praecedentibus, casu scilicet cognito excepto. Hinc igitur jure concludimus, numerum propositum, 1000003 unico modo in forma $3xx + 19yy$ contineri, ideoque certe esse primum.

§. 34. Ex hoc exemplo clare apparet, quantum intersit in formula $\alpha xx + \beta yy$ pro α et β majores numeros investigare, dummodo eorum productum $\alpha\beta$ in classe numerorum idoneorum contineatur, pro quibus inveniendis regula supra fuit exposita. Quamobrem, ut quovis casu statim appareat, utrum tale productum $\alpha\beta$ sit numerus idoneus, nec ne, tabulam istorum numerorum, quousque eam continuare licuit, hic subjungamus.

Tabula numerorum idoneorum $\alpha\beta$, hac proprietate praeditorum, ut omnes numeri unico modo in formula $\alpha xx + \beta yy$ contenti certe sint primi.

1	16	48	120	312	
2	18	57	130	330	
3	21	58	133	345	
4	22	60	165	357	
5	24	70	168	385	
6	25	72	177	408	
7	28	78	190	462	
8	30	85	210	520	
9	33	88	232	760	
10	37	93	240	840	
12	40	102	253	1320	
13	42	105	273	1365	
15	45	112	280	1848	

§. 35.

s	S	Diff.

Exemplum 2.

§. 35. Quoties igitur numerum quempiam propofitum ad talem formam $\alpha xx + \beta yy$ reducere licuerit, ut productum $\alpha\beta$ inter numeros iftius tabulae contineatur, tum haec formula ufurpari poterit ad examen, jam faepius allatum, inftituendum. Conveniet autem accuratius explicare regulam, cujus ope operationes neceffariae expedite inftitui queant, id quod in fequente Problemate oftendamus.

Problema.

Propofito numero quantumvis magno N, explorare, utrum is fit primus nec ne?

Solutio.

§. 36. Quo major fuerit ifte numerus N, eo pluribus modis eum in ejusmodi duas partes refolvere licebit, quarum utraque habeat factorem quadratum, quae fint αaa et βbb, ex quibus igitur talem eligi conveniet, ut numerorum α et β productum in tabula modo expofita contineatur, ubi quidem plurimum intererit majores hujusmodi numeros indagare.

§. 37. Talibus igitur numeris inventis ponamus efse $N = \alpha aa + \beta bb$, et nunc totum negotium huc redit, ut inveftigetur, utrum ifte numerus insuper alio modo in eadem forma $\alpha xx + \beta yy$ contineatur, nec ne. Si enim talis cafus occurrat, numerus propofitus non erit primus, atque tum adeo ejus factores, per praecepta fupra data afsignare licebit. Sin autem nullus talis cafus occurrat certo pronunciare poterimus, iftum numerum N efse primum.

§. 38.

§. 38. Ifta autem inveftigatio fequenti modo generaliter inftituatur: Ponamus efse $N = \alpha xx + \beta yy$, ita ut fit $\alpha aa + \beta bb = \alpha xx + \beta yy$, unde formemus hanc aequationem: $\alpha aa - \beta(yy - bb) = \alpha xx$, ubi praeftabit pro α majorem numerum afsumere, pro β vero minorem. Hic igitur ftatim patet, pro y ejusmodi numerum accipi debere, ut formula $yy - bb$ diviforem α involvat. Evidens enim eft non folum numeros α et β primos inter fe efse debere, fed etiam tam x ad β quam y ad α primum efse ftatuendum.

§. 39. Quoniam igitur $yy - bb$ per α divifibile efse debet, ante omnia erit difpiciendum, utrum α fit numerus primus nec ne. Priori enim cafu vel $y + b$ vel $y - b$ diviforem habere debet α, unde unicus tantum cafus exfurgit; sin autem α involvat factores, tum utique fieri poteft, ut alter contineatur in forma $y + b$, alter vero in forma $y - b$; unde praeter illum cafum adhuc unus vel plures novi cafus examinari debebunt. Unicus fcilicet casus occurret, fi α duos tantum habeat factores; fin autem plures factores involvat tum etiam pluribus modis in duos factores refolvi poterit, quos fingulos feorfim perfcrutari oportet.

§. 40. Ponamus igitur in genere efse $\alpha = \mu\nu$, et quovis cafu facile patebit, quot modis numerus α in binos hujusmodi factores refolvere licet, quotcunque etiam involvat divifores; neque etiam numeri primi hinc excluduntur, quippe quibus cafibus vel pro μ vel pro ν unitas erit fcribenda. Hinc ergo ponamus $y + b = \mu p$ et $y - b = \nu q$, ita ut fit $yy - bb = \mu\nu pq = \alpha pq$, et facta divifione per α aequatio deinceps refolvenda erit $aa - \beta pq = xx$.

§. 41.

6561	. . . .	6561
2040		−1000
4521	. . . .	7561

Hic jam occurrit numerus quadratus * 361 = 19² ipfi yy aequandus. Fit igitur $y = 19$, $s = -5$, hincque $x = 48$,

§. 41. Numeri autem p et q hoc modo commodissime reperiuntur. Eliminata enim littera y habebimus $2b = \nu p - q$. Jam quaeratur fractio $\frac{m}{n}$ proxime aequalis fractioni $\frac{\mu}{\nu}$, ita ut $m\nu - n\mu = 1$; tum capiatur $p = \nu s - 2nb$ et $q = \mu s - 2mb$, ubi jam pro s numeros quoscunque integros accipere licet, five positivos five negativos, et aequatio nostra resolvenda induet hanc formam:

$$aa - \beta(\nu s - 2nb)(\mu s - 2mb) = xx,$$

ubi jam pro s ejusmodi valores investigari debent, ut ista forma $aa - \beta(\nu s - 2nb)(\mu s - 2mb)$ quadratum evadat. Totum negotium igitur eo redit, ut dispiciatur an, tribuendo litterae s fuccefsive omnes valores tam positivos quam negativos, a zyphra ad terminum usque qui numeros praeberet negativos, an dico usquam quadratum refultare possit.

§. 42. Evolvamus igitur singulos numeros, quos a quadrato aa fubtrahi oportet, quos littera S defignemus, ita ut fit $aa - S = xx$. Habebimus ergo

s	S	
0	$4\beta mnbb$ - - -	I
± 1	$\beta(\nu \pm 2nb)(\mu \pm 2mb)$ - - -	II
± 2	$\beta(2\nu \pm 2nb)(2\mu \pm 2mb)$ - - -	III
± 3	$\beta(3\nu \pm 2nb)(3\mu \pm 2mb)$ - - -	IV
± 4	$\beta(4\nu \pm 2nb)(4\mu \pm 2mb)$ - - -	V
± 5	$\beta(5\nu \pm 2nb)(5\mu \pm 2mb)$ - - -	VI

Quoniam isti valores sat simplici lege progrediuntur, perpendamus eorum differentias, ac reperiemus:

$$\text{II} - \text{I} = \beta(\mu\nu \pm 2b(m\nu + n\mu))$$
$$\text{III} - \text{II} = \beta(3\mu\nu \pm 2b(m\nu + n\mu))$$
$$\text{IV} - \text{III} = \beta(5\mu\nu \pm 2b(m\nu + n\mu))$$
$$\text{V} - \text{IV} = \beta(7\mu\nu \pm 2b(m\nu + n\mu))$$

quae-

quae manifesto in progrefsione arithmetica progrediuntur, cujus differentia est $2\beta\mu\nu$.

§. 43. His differentiis inventis nihil aliud fupereft, nisi ut eae ordine continuo a quadrato aa, primo termino minuto fubtrahantur. Ab aa fcilicet primo fubtrahatur prima differentia; tum vero a refiduo fecunda, a refiduo hinc nato tertia, porro quarta etc. quoad ad numeros negativos perveniatur; hisque operationibus ita continuatis dispiciatur, utrum usquam numerus quadratus remanferit; quod fi non contigerit, numerus propofitus certe pro primo erit habendus; sin autem usquam quadratum prodierit, ejus radix dabit valorem ipfius x, et notato valore ipfi s conveniente etiam reperiri poterit alter numerus y, fiquidem erit $y = b + \mu\nu s - 2\nu mb$. Quia vero fupra sumfimus $m\nu - n\mu = 1$, erit nunc $y = \mu\nu s - b(m\nu + n\mu)$.

§. 44. Quod fi numerus propofitus N fuerit vehementer magnus, numerum harum operationum non parum diminuere licebit, fi numeri S, quos a quadrato aa continuo fubtrahi oportet, in duas clafses diftinguantur, prouti pro s valores five pares five impares accipiantur. Priore enim cafu, cum fit vel $s = 4n$, vel $s = 4n + 2$, plerumque eveniet, ut alter cafus penitus excludatur, ob eam proprietatem, quod inde pro S numeri prodirent impariter pares. Eodem modo fi pro s fumatur numerus impar, erit vel $s = 4n + 1$, vel $s = 4n - 1$, quarum formarum altera penitus excluditur, quia omnia quadrata imparia funt formae $8n + 1$, ita ut hoc modo numerus operationum ad femifsem redigatur.

§. 45. Quoniam initio pofuimus $\alpha = \mu\nu$, hosque numeros μ et ν ut primos inter fe fpectavimus, id quod potiffi-

D 2 mum

1040 decrescentes: 1640, 600, — 440 — 1480, — 2520, quia inde nullum quadratum refultat, concludimus numerum 64013 effe primum.

999601	756841
840	29400
998761	727441

mum de factoribus imparibus est tenendum, notetur si a sit numerus par et potestatem quamcunque ipsius binarii involvat, tum utrumque factorem $y+b=\mu p$ et $y-b=\nu q$ parem esse debere. Unde si ipsi μ valor par tribuatur, nihil impedit quo minus et ν par statuatur, id quod facile in exemplis oblatis observare licet. Ita cum numerus $520=8.5.13$ in tabula superiore numerorum idoneorum contineatur, secundum praecepta hic tradita in genere numeros $N=40aa+13bb$ evolvamus.

Evolutio generalis

numerorum contentorum in forma

$$N=40aa+13bb.$$

§. 46. Hic igitur erit $\alpha=40$ et $\beta=13$, atque hinc numeros x et y ex sequenti forma elicere licebit:

$$40aa-13(yy-bb)=40xx$$

ubi statim duos casus distingui conveniet, quibus est vel $\mu=10$ et $\nu=4$, vel $\mu=20$ et $\nu=2$, quia scilicet ambo factores debent esse pares.

Casus I.

quo $\mu=10$ et $\nu=4$.

§. 47. Hic igitur erit $y+b=10p$ et $y-b=4q$, hincque $b=5p-2q$. Fractioni ergo $\frac{5}{2}$ proxima erit $\frac{2}{1}$, unde statuamus $p=2s+b$ et $q=5s+2b$, quibus valoribus substitutis aequatio resolvenda erit

$$aa-13(2s+b)(5s+2b)=xx.$$

Posito igitur brevitatis gratia numerum a quadrato aa subtrahendum, scil. $13(2s+b)(5s+2b)=S$, si loco s successive scribamus numeros $0, \pm 1, \pm 2, \pm 3$, etc. valores ipsius S cum suis differentiis, quorum usum jam saepius explicavimus, ita se habebunt:

s	S	Diff.
0	$26bb$	
± 1	$13(2\pm b)(5\pm 2b)$	$130\pm 117bb$
± 2	$13(4\pm b)(10\pm 2b)$	$390\pm 117bb$
± 3	$13(6\pm b)(15\pm 2b)$	$650\pm 117bb$
± 4	$13(8\pm b)(20\pm 2b)$	$910\pm 117bb$
etc.	etc.	etc.

quae differentiae continuo crescunt augmento constanti 260, unde facile, quousque libuerit, continuabuntur; ubi autem probe notetur, subtractionem differentiarum fieri debere a numero $aa-26bb$.

Casus II.

quo $\mu=20$ et $\nu=2$.

§. 48. Hic igitur erit $y+b=20p$ et $y-b=2q$ unde, cum hinc fiat $b=10p-q$, sumto $p=s$ fiet $q=10s-b$, et aequatio resolvenda erit: $aa-13pq=xx$ sive $aa-13s(10s-b)=xx$. Posito igitur brev. gr. $13s(10s-b)=S$, valores ipsius S, prouti s fuerit vel 0, vel 1, vel 2, vel 3, erunt sequentes:

s	S	Diff.
0	0	
± 1	$13(10\pm b)$	$130\pm 13b$
± 2	$26(20\pm b)$	$390\pm 13b$
± 3	$39(30\pm b)$	$650\pm 13b$
± 4	$52(40\pm b)$	$910\pm 13b$
etc.	etc.	etc.

ubi

ubi differentiae iterum manifesto augmento constanti 260 crescunt, quas igitur loco S continuo ab ipso quadrato aa subtrahi oportet.

Alia Evolutio
numerorum formae $40aa + 13bb$.

§. 49. Cum habeatur aequatio: $40aa - 13(yy - bb) = 40xx$, tollamus primo tantum factorem parem 8, et quia b denotat numerum imparem, evidens est, dummodo pro y etiam sumatur numerus impar, formulam $yy - bb$ fore divisibilem per 8. Ponatur igitur in genere $y = 2z \pm b$, et facta divisione per 8 habebimus hanc aequationem:
